



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1526

VD16 E 3030

49 Frigid[a]e si[mi]litudie[n]es Lutheri su[n]t no[m]i[n]e liberi ar.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34433**

Quod si sciret, hoc se habere, & modicula scintilla  
la uix ea significari, eaque prorsus inefficace se sola  
captiuam & seruam diaboli, mirum, si non lapidaret nos,  
tanquam illusores & deceptores, ut quod aliud sonemus,  
aliudque longe significemus. imo necdum constet aut  
conueniat, quod significemus. Qui enim sophisticale  
loquitur (ait Sapiens) odibilis est, maxime si id in rebus  
pietatis facit, ubi de salute aeterna periculum est.

49 Cui ergo significationem & rem uocabuli tam  
gloriosi amiserimus, immo nunquam habuerimus (quod  
Pelagiani uoluerunt & ipsi hoc uocabulo illusi) quod  
inane uocabulum tam pertinaciter retinemus, in pericu-  
culum & illusionem fidelis populi: non aliam sapientiam, quam  
nunc reges & principes, inanes titulos regnorum & re-  
gionum quaeque uel retinent uel sibi uendicant & iactant,  
cum interim pene mendici sint, ac nihil minus quam ea  
regna & regiones habent. Verum hoc tolerabile, quoniam  
neminem fallunt aut ludunt, sed seipsum uanitate pas-  
cunt, nullo sane lucro. At hic periculum salutis &  
illusio nocentissima est. Quis non rideat uel odio po-  
tius habeat interpestiuum illud uocabulum: innouatorum  
rem, qui contra omnium usum, inducere tentet eum modum  
loquendi, ut mendicum uocet opulentum, non quod aliquid  
operum habeat, sed forte rex aliquis illi suas donare  
posset, faceretque id uelut serio, nulla figura locuti-  
onis, scilicet uel antiphrasi uel ironia: Sic aegrotum  
usque ad mortem, perfecte sanum, ita sane, quia alter illi pos-  
set suam sanitatem dare. Item, si illiteratissimum idiotam, uo-  
cet literatissimum, quia alter quispiam literas forte da-  
re posset. Ita & hic sonat, Homo est liberum ar. ita sa-  
ne, si deus illi suum concederet. Hoc abusu loquendi,  
di, quilibet de quolibet sese iactare posset. Ut ille  
est dominus

est dñs cœli & terræ, si deus hoc ei donaret. At hoc non Theologor, sed Histrionū & quadruplator. Nostra uerba debēt eē, propria, pura, sobria, & ut Paulus dicit, sana & irreprehensibilia.

ro ¶ Quod si oīo uocē eam omittere uolum⁹, qđ eēt tutissimū & religiosissimū, bona fide tñ eatenus uti doceamus, ut hoi arbitriū liberz nō respectu superioris, sed tñ inferioris se rei concedat, hoc est, ut sciat sese in suis facultatibus & possessiōibus habere ius utēdi, faciēdi, omittēdi pro lib. arb. licet & id ipsum regat solius dei lib. arb. quocunq; illi placuerit. Cæterz erga deū, uł in rebus, quæ p̄tinēt ad salutem uł damnationē, nō habet lib. ar. sed captiuus subiectus & seruus est, uł uolūtatē dei, uł uoluntatis Satanæ. Hæc dixi de capitibus præfatiōis tuæ, q̄ & ipsa ferme totā cām cōplectunt magis pene q̄ sequēs corpus libelli. Veruntamē summa horz fuit, q̄ breui hoc dilēmate potuisset expediri. Aut tua p̄fatio de uerbis Dei, aut de uerbis hoīm querit. Si de uerbis hoīm, tota frustra scripta est, nec ad nos p̄tinet. Si de uerbis Dei, tota impia est. Proinde utilis fuisset, ut de eo dicerēt, an essent uerba Dei, uel hominum, de quibus disputamus. Hoc autē sequēs forte proœmium & ipsa disputatio tractabit. Quæ uero in Epilogo præfationis retexis, nihil mouent, ut quod fabulas uocas & inutilia dogmata nostra, esse potius exemplo Pauli docendum Christū crucifixum, sapientiam inter perfectos docēdam. Esse scripturæ suam linguam pro modo auditorum uarie attemperatam, ut prudentiæ & charitati doctoris relinquendam ducas, qui doceat, quod expediat proximo. Omīa inepte dicis, & ignoranter.

D Nam